

remissione, aut de Matrimonio, vel de reliquis Ecclesiasticis Sacramentis, aliter sentire aut docere non metuunt, quam Sacrosancta Romana Ecclesia predicat & observat: Et generaliter quoscumque eadem Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi per Dioeceses suas, cum consilio Clericorum vel Clerici ipsi Sede Vacante, cum consilio, si oportuerit, viciniorum Episcoporum, Hæreticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus.

§ 5. Receptores & defensores eorum, cunctosque pariter qui prædictis Hæreticis ad fovendam in eis hæresis pravitate, patrocinium præstiterint aliquid, vel favorem sive consolat, sive credentes, sive perfecti, seu quibuscumque superstitionis nominibus nuncupentur, simili decernimus subiacere sententiæ.

§ 6. Quia vero peccatis exigentibus quandoque contingit, ut Ecclesiasticæ severitas disciplinæ, ab iis qui virtutem ejus non intelligunt, condemnentur: præsentim nihilominus ordinatione sancimus, ut qui manifeste fuerint in prædictis erroribus deprehensi, si Clericus est, vel cujuslibet religionis obumbratione fucatus, totius Ecclesiasticæ ordinis prærogativa nudetur: & sic omni pariter officio & beneficio Ecclesiastico spoliatus, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem suum, ad arbitrium Episcopi regionis, publicè confenserit abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua prædictarum peccatorum notoria vel privata culpa reppererit, nisi, prout dictum est, abjurata hæresis, & satisfactione exhibitæ, confessum ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem.

§ 6. Qui vero inventi fuerint sola Ecclesiasticæ suspitione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi, juxta considerationem suspitionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiæ subjacebunt. Illos autem, qui post abjuratorem erroris, vel postquam se, ut diximus proprii antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos, bonis damnatorum, Ecclesiis, quibus deferrebant, secundum sanctiones legitimas applicandis.

§ 7. Sane prædictam excommunicationem, cui omnes cupimus Hæreticos subiacere, ab omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, in præcipuis festivitibus, & quoties solemnitates habuerint, vel qualibet occasione, ad gloriam Dei, & reprehensionem hæreticæ pravitate, decernimus innovari: auctoritate Apostolica statuente, ut si quis de ordine Episcoporum, negligens in his fuerit vel desidiosus inventus, per triennale spatium ab Episcopali habeatur dignitate & administratione suspensus.

Et hæreticorum omnium ubique locorum damnatorum.

Item Defensorum, Favorum, &c.

De gradatio Ecclesiasticorum, qui in hæreses inciderint.

Et peccata contra Laicos non replicentur.

De suspensis, & relapsis.

Hujusmodi excommunicatio in hæreticos a Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis præcipuis solemnitatibus innovanda statuatur.

De perquirendis, examinandis, & puniendis hæreticis.

§ 8. Ad hæc de Episcopali consilio, & suggestione culminis Imperialis, & Principum ejus, adjecimus, ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se vel Archidiaconum suum, aut per alias honestas idoneasque personas, bis vel semel in anno, Parochiam in qua fama fuerit hæreticos habitare, circummeat: & ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat, quod si quis ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occultè conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita & moribus distantes, eos Episcopo vel Archidiacono studeat indicare. Episcopus autem seu Archidiaconus, ad præsentiam suam convocet accusatos: qui nisi se ad eorum arbitrium juxta patriæ consuetudinem ab obiecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, Episcoporum iudicio puniantur. Si qui vero ex eis jurationem superstitione damnabili respuentes, jurare forte noluerint: ex hoc ipso hæretici judicentur, & pœnis quæ prænominate sunt percellantur.

§ 9. Statuimus insuper, ut Comites, Barones, Rectores, Consules Civitatum, & aliorum locorum juxta commonitionem Archiepiscoporum & Episcoporum, præfatis corporaliter juramento promittant, quod in omnibus prædictis fortiter & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvant, & studebunt bona fide, juxta officium & posse suum, Ecclesiasticæ similiter & imperialiæ statuta circa ea, quæ diximus, executioni mandare. Si vero id observare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur: & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdictione Ecclesiæ supponendis. Civitas autem, quæ his decretalibus institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio Civitatum, & Episcopali se noverit dignitate privandam.

§ 10. Omnes etiam fautores hæreticorum, tamquam perpetua infamia condemnatos, ab advocacione & testimonio, & aliis publicis officiis, decernimus repellendos. Si qui vero fuerint, qui a lege Dioecesanæ jurisdictionis exempti, soli subiaceant Sedis Apostolicæ potestati: nihilominus in iis quæ superius sunt contra hæreticos instituta, Archiepiscoporum vel Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte, tamquam a Sede Apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suæ privilegiis, obsequantur. (a)

De juramento a Baronibus, & Magistris Urbium &c. prestando auxiliium Episcopis contra Hæreticos, dandi.

Peccata contra reuocentur.

Fautores hæreticorum, nulla gaudeant exemptione a Jurisdictione Episcoporum in hujusmodi causis.

Fun-

(a) Allatum contra Hæreticos Decretum sanctum est in Conventu Veronæ habito a Lucio Papa præsentem Frederico Imperatore, Cardinalibus, & plerisque Ecclesiæ Rectoribus, (teste Rodolpho Dico) anno 1184., & quidem circa mensem Novembrem.

Conditiones appolite.

Confirmatio Foundationis Præposituræ de Trutenhusen. Ordinis Sancti Augustini Dioecesis Argentinæ, ab Hohenburgensi Monasterio dependentis.

Ex Authographo Episcopi Argentinæ edito. Summaribus Gall. C. 10. v. inter Instrumeta Ecclesiæ hujus nominis XXXV.

Lucius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis in Christo filiabus Herrardi Abbatissæ, & Sororibus in Monasterio Hohenburg tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum, Apostolicam benedictionem, & perpetuæ salutis iucunditatem.

Historia Ecclesiæ de Hohenburg ejusque reparacionis.

Totius Ecclesiæ fidelibus paterna dilectione familiariter insinuamus, quod audientia nostræ veridica assertionem reatum est, qualiter Fredericus Dux, Pater Friderici Imperatoris, Ecclesiam, quæ dicitur Hohenburg, in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ fundavit, in qua requiescit corpus S. Odilæ Virginis, per indideretam rerum invasionem disturbaverit, & usque ad tempus filii sui Friderici Imperatoris pene destructam reliquerit: ipse vero Fridericus Romanorum Imperator divina gratia instinctus, pro tam miserabili Patris delicto graviter doluit, & æterni Regis gratiam reconciliare volens, præfatam Ecclesiam consilio spiritualium personarum restaurare elaboravit, & sicut ab eis didicit religiosam & idoneam personam, nomine Rilint, eidem Ecclesiæ præfecit. Hæc enim, dum regimen Ecclesiæ feliciter suscepit, pro Dei amore destructa diligenter reedificans, dissipata strenue plantans, auxilio & consilio Burkardi Argentinensis Episcopi, aliorumque spiritualium, ipsam Ecclesiam ad honorem Dei prudenter & honorifice reformavit, omnemque divinæ legis religionem, ac canonicæ disciplinæ rigorem secundum regulam Beati Augustini, inibi pleniter informavit: quam studii norma succedens ei Abbatissa dilecta in Christo filia nostra Herrard fideliter in omnibus bonis secuta, inter cetera utilitatis opera, quibus invigilavit, prædium in Trutenhusen. cum Conventu suo, & cum Gunthero de Vinbege, a quibusdam ministerialibus ipsius cœnobii comparavit, & super majus Altare in Hohenburg ea conditione tradidit, ut ad honorem Dei, & Hohenburgensis cœnobii, per laborem suum Præpositura ibi Canonicorum Regularium fundaretur, qui secundum Beati Augustini regulam, & consuetudinem Marbacensis Ecclesiæ, institui & permanere deberent: hoc autem favore & consilio carissimi in Christo filii Nostri Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti, & consensu Ecclesiæ ipsius ministerialium, approbatione quoque bonæ memoriæ Petri Tusulanensis Episcopi, tunc Apostolicæ Sedis Legati, & Henrici Argentinensis Episcopi statuit, & construxit primum ibi Capellam ad honorem Dei, ac memoriæ Beatæ Mariæ semper Virginis, & curiam cum cæteris ædificiis, donec construeretur ibi major Ecclesia, id est, Monasterium in memoriam Beati Nicolai, cum claustralibus officinis, videlicet cum Hospitali Pauperum, & Hospitio advenientium hospium, cæterisque ædificiis Ecclesiæ necessariis, in quo duodecim Canonici, cum idoneo Præposito ejusdem Ordinis collocandi sunt, qui sub regulari professione degentes, Hohenburgensis cœnobii Abbatissis, omnique Collegio in negotiis spiritualibus & temporalibus, prout Abbatissa, & necessitas cœnobii postulaverit, in timore Dei devote obtemperent, nec aliquo temerario ausu Hohenburgensem Ecclesiam superbe inquietent: quibus utique præfata Ecclesiæ in Trutenhusen ordinatione tali, ut prædictum est, fundata dare decrevit, cum prædictorum assensu, duarum hebdomadarum stipendia præbendarum, non ad privatum usum, sed ad communem utilitatem distribuendarum, duas scilicet carratas Vini, & duo talenta Argentinensium denariorum, & viginti octo maldros hyemalis frumenti, & quatuordecim maldros ordeï, & beneficia in inferiori Ehenheim, & in Rodesheim sita ad easdem præbendas pertinentia, & decimationem Salicæ Terræ in Senthufen, decimas quoque Salicæ Terræ in Egenheim ad eandem præbendas pertinentes, & quidquid Præposito vel Vicariis suis ad manus oblatum fuerit in Hohenburg. Insuper quoque eorumdem usum modo concessit in Gokkesvillere triginta duo frugifera jugera, & dimidium & duo vinifera, cum arbutis, & duos ortos, & curiam in Berheim vero concessit illis quatuordecim jugera & unam curiam, in Heilingenstein, quoque septem jugera vinifera, quæ omnia non pertinent ad Præbendas. Ad hæc etiam concessit illis ex integro ipsum allodium Trutenhusen. Statutum est itidem, ut quilibet Præpositus in Trutenhusen, cum voluerit, Hohenburgensem Ecclesiam visitet, & Missarum solemniam secundum ordinem ipsius Ecclesiæ celebret, ac duos ex Canonicis suis religiosos & idoneos Hebdomadarios in Hohenburg semper constituat servituros. Quod si prædicti Sacerdotes aliquando commutandi fuerint, Præpositus, absque ulla contradictione Abbatissæ, libere eos ad claustrum revocans, alios idoneos restituere curet, qui de mente, sine licentia Abbatissæ, non recedentes divina officia absque ullo gravamine secundum consuetudinem Hohenburgensis Ecclesiæ celebrare non recuset. In Purificatione quoque Sanctæ Mariæ, & in die Palmarum, & in Cœna Domini, & in Nativitate, ac Decollatione Sancti Joannis Baptistæ, & in Assumptione Sanctæ Mariæ, & in festivitate S. Michaelis, & omnium Sanctorum ad Monasterium Hohenburgense, si inevitabilis causa non impedit, Missam solemnem celebraturus annuatim veniat, & etiam in festo S. Odilæ, ac in Capellæ ejus dedicatione, & in Nativitate Domini Missam diurnam priorem celebret. Quod si Præpositus, & Canonici sui hæc privilegia decreta neglexerint, Ecclesiæque, Hohenburgensem irrationabili gravamine, inquiete perturbaverint, Abbatissa & Conventus præbendas ac beneficia ad præbendas

Dos stabilita.

Alla Statuta.

Fundatio Præposituræ de Trutenhusen.



Decreta pro indennitate Monasterii

pertinentia subtrahant, & aliunde sibi Sacerdotes, quos voluerint, quietos & religiosos sibi provideant, isti vero officia in Misarum solemnibus prius sibi concessa amplius in Monte Hohenburc, nisi permissione Abbatissæ & Conventus, sicut & alieni celebrare non audeant. Simili quidem modo, si Stivagiensis Abbas & Canonici sui Hohenburgensem Ecclesiam per injustam contradictionem contentiose impugnaverint, nec privilegii sui statuta a manu Hohenburgensis Abbatissæ data, mansuete obtemperando, observaverint, locus S. Gorgonii, qui est præbenda unius Hebdomadarii cum omnibus appenditiis suis, quem quilibet Stivagiensis Abbas ab Hohenburgensi Abbatissa accipere debet, cæteraque beneficia de Hohenburc Misarum solemnibus, quemadmodum alieni, nisi permissione Abbatissæ, celebrare non audeant. Unanimi quoque consilio & consensu decretum est, ut uno quoque Præposito in Trutenhusen a præfenti vita decedente, vel mutato, Fratres inibi commorantes idoneam, & religiosam ordinis sui personam eligant, & ipse electus investituram præposituræ de manu Hohenburgensis Abbatissæ absque ulla contradictione primo aditu per librum (a) gratis accipiat. Adjectum est nihilominus, ut Ecclesia in Trutenhusen sub Hohenburgensis Advocati patrocinio defendatur, & quælibet secularis causa inibi ventilanda in iudicio ipsius advocati discutatur. Nunc igitur, quia hæc pia, religiosaque statuta nostro confirmari munimine, atque Apostolica protectione vallari prædicta filia nostra Herrart Venerabilis Abbatissa petivit, nos petitioni suæ benigno concurrentes assensu, prædictam Constitutionem auctoritate Apostolica confirmamus, & locum ipsum sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præfentis scripti privilegio communimus, statuantes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præfentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præfente Domino, poterit adipisci, firma Fratribus eorumque succedentibus, & illibata permaneant. Liceat quoque illis personas liberas & absolutas a seculo fugientes ad conversionem recipere, & eas absque contradictione, aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Canonico post factam in eodem loco professionem fas sit absque Præpositi sui licentia de eodem discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere: Cum autem generale interdictum Terræ fuerit, liceat ipsis clavis januis exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, Divina Officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati

De electione Præpositi.

Privilegia concessa.

Supradicta confirmavit a Lucio PP.

Quæ concessa fuerit, quæque statuerit Pontifex.

(a) Modus investendi rei Diplomaticæ peritis non ignotus. Investituræ siquidem immitebatur in possessionem rerum, vel dignitatis, qua investiebatur, per quoddam Symbolum, puta Cespitem, Herbam, Ramum aliaque, quæ assinitatem aliquam haberent cum re, quæ donaretur, dederetur &c. Vide *Dictionarium Ducangii verbo Investitura*: Puto librum hunc fuisse Missale, quod super Altare poni solebat, ut conicitur ex nonnullis Documentis Medii ævi.

tati fratrum paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut nullus infra clausuras locorum seu grangiarum suarum violentiam, vel rapinam, seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere, vel interficere audeat; Sepulturam præterea ipsius loci tam ad opus fratrum, quam familiæ peregrinorum, seu hospitum inibi decedentium, nisi forte excommunicati fuerint vel interdicti, liberam esse decernimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit præfentam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocæsani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona, contra hanc nostræ Constitutionis paginam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Datum Veronæ per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, Kal. Maji Indict. III. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXV. Pontificatus vero domni Lucii Papæ III. Anno Quarto.

X.

Bona, & Privilegia Admontensis Monasterii confirmat, & nova de electionibus Abbatissarum, & aliorum Monasteriorum regimine sancit statuta.

Lucius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Henrico Abbati Monasterii Sancti Blasii, quod Admunt dicitur, ejusque Fratribus, tam præfentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Officii nostri nos admonet, & invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu, fatagere, & eorum quieti, ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque, & honestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitis tueamus, & Beati Petri, atque Apostolicæ Sedis patrocinio muniamus. Quapropter dilecti in Domino filii venerabilis Fratris nostri Alberti Archiepiscopi

Clausula.

Dat. die 14. Maji An. Domini 1185. Pont. An. IV.

In Cod. Diplomat. Admont. editis. Pectus Theaur. Ant. dot. Tom. III. Per. III. n. 7.

Exordium.

Abbatissarum eidem Monasterio subsecutorum a So-

lucio PP.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Lucii Papæ.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Lucii Papæ.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Lucii Papæ.

Monasterium hoc Predecessorum in ore sub Sede Apostolica recipit protectione:

Universa eidem bona, donationes, & concessiones confirmat.

Eadem enumerat.

Ille in feudum, sive beneficium aliquibus dare, nec modis aliis alienare. Sanè Sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut qui se illic sepeliri desideraverint, nisi excommunicati sint, vel interdicti, extremæ voluntati eorum nullus obstitat salva iustitia Matricis Ecclesiæ. Laicos, sive Clericos Seculares ad conversionem suscipere, vel etiam ab aliis Monasteriis personarum arduis desiderio, seu alia certa rationabili causa, ad vos venientes nulli Episcopi, Abbatis, vel Præpositi vos inibeat contradictio. Prohibemus quoque, ut nulli Fratrum post factam professionem, absque Abbatis, totiusque Congregationis permissione, liceat ex eodem claustris discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Sanè novallium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas præsumat exigere. Nulli quoque, liceat Monasterio angarias, vel alias novas exactiones monasticæ quieti, & religioni contrarias imponere. Quæcumque etiam dilectissimi filii noster Fridericus Romanorum Imperator Augustus, Imperialis Edicti vigore vobis indulsit, & privilegio confirmavit, & nos auctoritate Apostolica confirmamus. In Parochialibus vero Ecclesiis, sive Cappellis, quas tenetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Episcopo præfentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam, ut de plebis cura quidem Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere.

Præterea Apostolica auctoritate, statui-

mus, ut in Monasteriis Monialium, quæ vestro regimini commissa noscuntur decedentibus Abbatissis, alia cum concilio, & assensu

Episcopi vestri, ac vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfentem Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, prædecessorum nostrorum boni mem: Paschalis, Innocentii, Lucii, Alexandri Romanorum Pontificum vestris inhaerentes, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præfentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quæcumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium, in præfentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis præfente Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Prædium, quod dedit Episcopus Gebehardus in Silva, quæ dicitur Frizevvalt ex utraque parte Fluminis ab Horgeprukke, usque Schrafensgasse, cum decimis, & omnibus utilitatibus suis Prædium, quod apud Chatse ab Ottone per cambium suscepit. Decimas, a Gebardo Episcopo vobis canonicè concessas. Prædium apud Elsdorf, cum Ecclesia, & suis pertinentiis. Apud Halle juxta Monasterium quiddam ibi Episcopi videlicet Gebehardus, Tiemo, & Chunradus vobis concesserunt.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfentem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones, auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Salzgurgensis Archiepiscopi canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat vexationem aliquam, vel consuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contraeam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præfumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO LUCIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus

subscripti.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus Moguntinæ Sedis Archiepiscopus subscripti.

Ego Theodvvinus Portuensis, & Sanctæ Rufinæ Sedis Episcopus subscripti.

Ego Henricus Albanensis Episcopus subscripti.

Ego Theobaldus Hostiensis, & Veleternenis Episcopus subscripti.

Ego Joannes Tituli S. Marci Presbyter Cardinalis subscripti.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transiberim subscripti.

Ego

Lucii Papæ.

rocius cum consilio, & assensu Abbatis, & Fratrum electionem communitate fieri jubet. Personas electas Episcopus antequam præfententur Abbatibus obedientiam, & subjectionem promittere tenentur, benedictioe prohibet. Ipsos ad Regimen alicujus Monasterii in perpetuum non perperam nisi cum plena potestate disponendi secundum statuta Ordinis cogi vult. Abbatibus electis, secundum B. Benedicti Regulam ad Monachos prædicare mandat.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfentem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones, auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Salzgurgensis Archiepiscopi canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat vexationem aliquam, vel consuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contraeam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præfumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO LUCIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus

subscripti.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus Moguntinæ Sedis Archiepiscopus subscripti.

Ego Theodvvinus Portuensis, & Sanctæ Rufinæ Sedis Episcopus subscripti.

Ego Henricus Albanensis Episcopus subscripti.

Ego Theobaldus Hostiensis, & Veleternenis Episcopus subscripti.

Ego Joannes Tituli S. Marci Presbyter Cardinalis subscripti.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transiberim subscripti.

Ego

Lucii Papæ.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Lucii Papæ.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Lucii Papæ.

Et S. R. E. Card. subscriptiones.



Ego Hubertus Tituli Sancti Laurentii Presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Pandulfus Presbyter Card. Tituli Basilicæ XII. Apostolorum subscripsi. Ego Albinus Tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem Presbyter Card. subscripsi. Ego Arditio Sancti Theodori Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Gofredus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Card. subscripsi. Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. subscripsi. Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. subscripsi. Ego Radulphus Sancti Georgii ad Velum aureum subscripsi. Datum Verona per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii XI. Kalendas Augusti, Indictione III. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXXV. Pontificatus vero Domini Lucii Papæ III. Anno IV.

XI.

Confirmatio honorum omnium, & Immunitatum Bellunen. Ecclesiæ, cui, ejusque Episcopo nonnulla conceduntur privilegia.

Lucius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Gerardo Bellunen. Ecclesiæ electo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Quoties a Nobis petitur, quod religioni, & honestati conveniens dignoscitur, animo nos decet libenter concedere; & petentium desideriis congruam suffragium impertiri. Ea propter dilecte in Domino filii, tuis justis petitionibus elementer annuimus, & Bellunen. Ecclesiæ, cui Deo auctore præesse dignoscis, sub Beati Petri, & nostræ protectione suscipimus; & præsentis scripti privilegio communimus: In primis siquidem statuente, ut nulli laico de terris, quas in tua, vel Centensi Diocesi excolis, sive de animalium nutrimentis, a te, vel successoribus tuis decimas liceat extorquere. Decimas etiam Novalium in tuo Episcopatu, & Curia Opitergii laboribus tuis, sumptibusve cultorum concedimus te habere. Prohibemus insuper, ut nulli contra voluntatem tuam liceat Ecclesiæ tuæ famulos recipere vel retinere: Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona ipsæ præsentiarum justè & canonicè possides, aut in futurum rationabilibus modis (Deo propitio) poteris adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Plebem S. Petri de Mussolento cum Capellis & Castro, & pertinentiis suis tam in spiritualibus, quam temporalibus. Plebem S. Gregorii cum Capellis suis. Capellam S. Petri de

Dati die 22. Julii An. Domini 1185. Pont. An. IV.

Edicti Vrbel. Id. Sac. Domini 1185. Ecclesiæ hujus Episcopi.

Exordium.

Bellunen. Ecclesiæ sub Sedis Apostolice protectione recipit.

Exemptiones nonnullas, ac prerogativas concedit.

Ejusdem Bona indeque dependentia, confirmat.

Tuba. Capellam S. Crucis. Civitatem cum Curia & Dominio tam in spiritualibus, quam in temporalibus, & cum Anta, quæ est juxta Civitatem. Castrum de Castellione cum Plebe, & Capellis suis, & Curte & pertinentiis suis. Castrum de Medone. Castrum de Agorde cum Comitatu, & cum Monte de Falcata, & aliis pertinentiis suis. Medietatem Castri de Zumellis, & jus ordinationis, quod habes in Capella ipsius Castri, & in cortis ipsius. Castrum S. Georgii cum pertinentiis suis. Plebem de Cadula cum Capellis suis. Pontem de Polpecho cum Ripa & Pedagiis suis. Plebem Sanctæ Mariæ de Alpage cum Capellis suis, & Comitatum cum duabus decimis, quæ sunt in eodem Comitatu. Castellum de Pucenico cum Comitatu terminante per Montis Summitatem Petræ Cise, & per Montem, qui dicitur Crux ferrea, & summitatem Montis Caballi. Campum Sillium inter eodem confines, & Sylvam cum decimis, & pertinentiis suis. Plebem S. Floriani de Zaudu cum Capellis suis, & Comitatum cum jurisdictione, & districtu in pertinentiis ipsius Zaudi. Districtum, & ordinationem Castri de Lavatio. Montem Farræ cum decimis suis. Sylvam Canalis S. Crucis a Levina Leverada respiciente ad Ecclesiæ S. Crucis cum decimis & pertinentiis. Curtem de Frezona cum Castris de Carone, cum Capella S. Justi, & Capellam S. Martini cum dominio & pertinentiis ejusdem. Villam de Pinedo. Castrum de Opitergio cum Curte, & Villis, & Campanis suis. Capellam S. Blasii, S. Petri, S. Martini, & Sanctæ Mariæ cum alia Capella & Campana, quæ omnes dicuntur esse in pertinentiis Castri de Opitergio. Jus ordinationis earumdem in Plebe S. Joannis de Opitergio; & Capellæ Curtis Franconis, & Livellaticum aliorum Ecclesiæ, & ordinationum earumdem in pertinentiis Opitergii: Curtem, & Castra de Soligo cum Villis & pertinentiis suis; Curtem de Cendone cum Capellis ipsius. Auctoritate quoque Apostolica nihilominus duximus prohibendum, ne ullus Advocatus, vel Minister ejus Ecclesiæ tuam, vel quæ ad eam pertinent, gravare, seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare præsumat. Prohibemus insuper, ut infra lines Parochiæ tuæ nullus sine tuo assensu Capellam, seu Oratorium de novo construere audeat: salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Præterea novas, & indebitas exactiones a Patriarchis, Episcopis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusve personis tibi, sive Ministris tuis Ecclesiasticis, secularibusve hominibus, vel rebus tuis imponi auctoritate Apostolica prohibemus. Ad hæc libertates, & immunitates a Regibus, & Principibus, & ab aliis personis tam Ecclesiasticis, quam mundanis eidem concessas Ecclesiæ, & antiquas, & rationabiles consuetudines, integras, illibatasque manere præsentis decreto sancimus. Inhibemus etiam, ne interdictos, ac excommunicatos tuos ad officium, & ad communionem Ecclesiasticam admittere quisquam sine congrua satisfactione præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem Ecclesiæ electo,

Capellam, seu Orator. sine Episc. assensu de novo construere vetat.

Ab indebitis exaction. liberat.

Privilegia omnia confirmat.

cto, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem Canonici ejusdem Ecclesiæ communi consensu, vel pars Consilii senioris secundum Dei timorem, & Sanctorum Patrum institutionem providerint eligendum. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum &c. Si igitur in futurum &c. EGO LUCIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus. Ego Theodinus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus. Ego Henricus Albanensis Episcopus. Ego Theobaldus Hostiensis Episcopus. Ego Joannes Presbyter Card. Tit. S. Mariæ Transtib. Ego Laborans Presbyter Card. Tit. Sancti Marci. Ego Ubertus Tit. S. Laurentii in Damaso Presb. Card. Ego Pandulfus Presbyter Card. Tit. SS. Jo: & Pauli. Ego Adelardus Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Ego Mellior Presbyter Card. Tit. SS. XII. Apostolorum. Ego Albinus Tit. S. Crucis Presbyter Card. Ego Arditio Diaconus Card. Ego Rolandus Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Card. Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. Ego Radulphus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. Datum Verona per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardin., & Cancell. 15. Kal. Novembris Indict. 4. anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXV. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. Anno V.

XII.

Privilegium Monachis Cisterciensibus concessum ad Ordinis consuetudines confirmandas.

Lucius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Cisterciensi, & universis Coabbatibus ejus sub eodem ordine Domino fervientibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Monastica sinceritas disciplinæ, quam in puritate Ordinis, quem tenetis, æterni Conditoris providentia restauravit, illam semper invenit in Apostolica Sede clementiam, qua, & vobis in Domino accresceret propositum virtutis, & aliorum devotio procuraretur exemplis, ut per caelestium semitam mandatorum ad propositum feliciter bravium festinaret.

Inter cætera vero licet Ordo vester ea se servaverit Episcopis humilitate subiectum, ut salvis originalibus institutis, eorum semper vellet magisterio subjacere, illud tamen hæcenus de favore, & protectione Apostolica

Solite Conclusiones. Lucii PP.

Et S. R. E. Cardin. Subscriptiones.

Dati die 17. Octobris An. Dom. 1185. Pontif. An. V.

Ex Henrici Regis Ordin. Cisterciens. pag. 57.

Proemium.

Non licet Ordinaris in personas, vel loca Ord. Cister. contra id quod ab

Sedis obtinuit, ut nullus in Monasteria, vel Abbates Ordinis memorati quamlibet Ecclesiasticam sententiam promeret, vel personas in eodem Ordine constitutas excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti promulgatione gravaret. Quia vero refrigerante charitate multorum utque adeo malitiam noscitur abundasse, ut nonnulli eorum, qui Ecclesiis Dei modernis temporibus sunt Prælati, transgrediantur terminos ab antiquioribus constitutos, & in vestrum specialiter Ordinem indebitam exercere non dubitent ultionem, præsentium litterarum inscriptione, statuimus, & auctoritate Apostolica confirmamus, ut nulli omnino liceat in vos, vel Monasteria vestra, seu Fratres inibi constitutos contra id, quod ab origine Ordinis noicitur observatum, excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti Sententiam promeret quod si deprompta fuerit auctoritate Apostolica decernimus non tenere. Adjungentes quoque decernimus, ut Archiepiscopi, & Episcopi in recipiendis professionibus, quæ a benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea sint forma, & expressione contenti, quæ ab origine Ordinis noicitur instituta: Scilicet, ut Abbates ipsi salvo Ordine suo profiteri debeant, & contra instituta Ordinis nullam professionem facere compellantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronen. \* undecimo Kalendas Decembris.

XIII.

Donationes Godefridi I. Henrici I., & Godefridi II. Brabantia Ducum in favorem, Equitum Templariorum confirmat.

Lucius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & Fratribus Domus Militiæ Templi salutem, & Apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Quapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu piam concessionem bonæ memorie Godefridi, quondam Ducis Lothringiæ vobis & domui vestræ rationabiliter factam, ratam esse decernimus, eamque, ut indissolubilem obtineat firmitatem, præsentibus literis duximus inferendam.

Perpetam ab Henricus hæc Constitutio signatur anno 1183. Lucius siquidem Papa juxta superius dicta ex Anonymo Cassinensi nominat. anno 1184. Verè tam divertit, præcedenti verò tempore, teste Sigonio, in proximis Romanæ locis substitit: quod clare probant Bullæ per illud tempus ab eo date Velletri, & Anagninæ.

origines Ordinis observatum aliquam Sententiam, & si pronuntiata non tenent.

Episcopi in Abbatibus benedictionibus ea sint professione contenti, quæ ab origine Ordinis noicitur instituta.

Datum die 22. Novemb. An. D. 1185. Pont. An. V. \* leg. Veronæ

Edicti M. raris. Oper. Diplomati. Tomo II. pagina 1189.

Exordium.

Godefridi Ducis donationem confirmat.



Que fuerit hujusmodi donatio.

Statuit namque divinitus inspiratus, ut quindecim Manfos & Marefium, & Prata...

Altera Godefridi I. donatio.

Præterea Nepos ejus Godefridus Dux Lotharingæ, cum propriæ Uxoris assensu...

Adjiciens, ut quicumque de fratribus vestris in Curia ejus pro reditu illo colligendo morabitur...

Quæ utique omnia sicut pie & rationabiliter data sunt & concessa, rata esse decernimus...

Quam ratam habet.

Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus in se noverit incursum.

Clausula.

Datum Arimini X. Kal. Julii.

In Appendice ad Concil. Lateranense III. Concil. Tom. XIII. col. 498.

XIV. Quod morte Mandatoris, lite non contestata, finitur mandatum. Cantuariensi Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis,

Relatum ex parte vestra, quod licet in commissionibus a Sanctæ recordationis Alexandro Papa Tertio Prædecessore Nostro factis, fuerit appellationis remedium amotum, altera tamen partium, sive lis contestata fuerit, sive non, expirasse mandatum morte Mandatoris allegat, ideoque negotiis omnibus postpositis, in suspensio mandatum Apostolicum expectatis. Nos igitur consultationibus vestris præsentium auctoritate respondemus, quod si lis contestata fuerit ante obitum Prædecessoris Nostri mandatum in morte Mandatoris nullatenus expiravit, si vero ante litem contestatam decessit, non est in eo casu Judicibus, quos delegaverat, ex delegatione hujusmodi procedendum: etiamsi ab eis minime fuerit appellatum. Poterit ergo in eo casu appellatione cessante, procedi in quo ante mortem Mandatoris lis fuerit per conquestionem, & responsonem partium contestata. Ubi autem mors Mandatoris lite non contestata, præcessit, penitus subsistatur, sive fuerit, sive non fuerit appellationis obstaculum interjectum.

URBANUS III. PAPA CLXXII. ANNO ÆR. C. C. MCLXXXV.



Ubertus (a) Crivellus, patria Lombardus, Archiepiscopus Mediolanensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, electus est die 25. (b) Novembris An. 1185., & sequenti Dominica die, quæ incidit in primam Decembris consecratus est Romanus Pontifex (c), Sedit in Pontificatu annum

(a) Radolphus de Diceto Hist. Angliæ. Script. ed. Seldeno eum vocat Humbertum. Nes enim Ubertum nuncupamus, quo nomine appellatum legitur a Scripioribus rerum Mediolanensium i. præcipue vero a Puricello in Monumentis Ambrosianis Basilicæ. (b) In Catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium Tom. II. Archiepiscopi ejusdem Ecclesiæ legitur, Urbanum electum Pontificem in Vigilia Natalis Domini: quo posito nota fuerit Chronologia: atque hic quidem Catalogus tempore S. Caroli Borromei confectus omnibus antiquioribus Catalogis, Chronicis, & Scripioribus adversatur. Præterea nos subicimus Bullam quamdam alias ex Gebennensi Archivo deperitiam datam Verona II. Idus Decembris anno 1185. primis nempe Pontificatus Urbani diebus scriptam. Ubertus: hunc electum fuisse die 25. Novembris, statuto die obitus Lucii decessoris 24. mensis ejusdem, discrete probatur omnium auctororum consensu assertum ipsa die, qua sepultus est Lucius, substitutum ei fuisse Urbanum. (c) Hæc Radolphus de Diceto Humbertus... Kalendis Decembris coronatus est in Ecclesia S. Petri in monte in super illo collocata.

num I. menses X. dies XXV. (a) imperantibus in Oriente Isaacio Angelo, in Occidente Friderico Anobarbo Imperatoribus. Obiit siquidem die 19. Octobris anno 1187. (b), & sepultus est in Urbe Ferraria (c). Vacavit Sedes per diem (d).

hos dies faciente cum ea Domino signum in bonum, quamvis ipsam de Transitu pii Patris Lucii non modicus dolor, tristitiaque turbavit: Statum tamen ejus in unitate spiritus, & vinculo pacis divina providentia conservavit: ut post vespertinos staret letitia matutina succederet, & ipsa velut columba pulcherrima suis lætificata gemitibus sine ruga prorsus, & macula candoris sui pulchritudinem retineret. Defuncto siquidem piæ recordat. Patre, ac Prædecessore Nostro Domino Papa Lucio, & reverendissimo ejus Corpore honorifice tumulato, habitus est a Fratribus de successoris electione tractatus, in quo tantum fuit unitas omnium, tantaque adinvicem concordia singulorum, ut ille intelligatur operatus in eis, in cujus manu corda sunt omnium, & per quem adunatur diversitas animorum. Cæterum cum plures essent in Ecclesia Dei Viri Venerabiles, & prudentes, in quos eorum vota concurrere consultius, ut credimus, & dignius potuissent, ad insufficientiam nostram oculos intenderunt: & factum est sic, ut nos, quibus ad dignitatis tantæ fastigium nec vires, nec merita suffragantur, in Patrem sibi elegerint & Pastorem. Nos autem licet nobis conficij propriæ infirmitatis essemus, ita ut crederemus eorum proposito non immerito resistendum; ne tamen ex dilatione negotii, vel pertinacia reluctandi, aliquod in Ecclesia periculum veniret, consensimus, licet invito inuncti oneris subire laborem, ab eo sperantes, dirigi gressus nostros, qui Beato Petro in fluctibus naviganti, & fiduciam præstitit, ut in Mare descenderet, & potenter occurrit, ut dubitans non periret. Nunc igitur in eo loco, & officio constituti, in quo valde indigemus omnium fidelium suffragiis adjuvari, ad vos tamquam ad speciales Ecclesiæ Romanæ filios cum fiducia, & securitate recurrimus, vosque benedictionis Apostolicæ prævenientes alloquio, literis familiaribus admonemus, rogamus attentius, & exhortamur in Domino, quatenus transitum supradicti Patris, & Domini Nostri Lucii devotis orationum suffragiis prosequentes, fidem, & devotionem, quæ Nobis pro reverentia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & Apostolicæ Sedis communiter debetur ab omnibus, vos specialiter impendatis, ita quod ex hoc, & a Deo præmium consequi, & majorem semper gratiam valeatis in oculis nostris, & totius Ecclesiæ promereri.

Lucii Patris III. obitus.

In Successoris electione concordia.

Urbani in summum Pastorem electio.

I.

Urbani PP. Literæ Encyclicæ ad omnes Episcopos de sui Electione.

Ex Concil. Tomo XIII. col. 55.

\* Adde illæ.

Præfatio.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus Prioribus, & cæteris Ecclesiarum Prælatibus ad quos Literæ pervenerint salutem & Apostolicam benedictionem.

Cælestis Altitudo consilii firmam retinens in sua dispositione censuram Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, ad cujus regimen sumus licet insufficientes assumpti, supra petram Fidei soliditate fundavit, illud ei tribuens in Apostolicæ confessionis fortitudine firmamentum, cui nec procella turbinis, nec prævalere possit spiritus tempestatis. Unde ipsa universalis Mater Ecclesiæ usque ad consummationem sæculi manentem secum retinens Salvatorem, ita, juxta Canticum Salomonis, quem dilexit amplectitur, ut pro nulla rerum varietate, vel temporum ab unitate sue Fidei, vel pietatis proposito separaretur. Licet enim, vel crebra decedentium mutatione Pastorum in varia discrimina frequenter incidit, vel per mundanæ malignitatis incursum persecutiones innumeras pertulerit, & labores: nunquam tamen eam gratia divina deseruit, quo minus robur ejus in quolibet tentatione perficeret, & inde obtineret spei suæ gaudium, unde susceperat Fidei firmamentum. Sic igitur ante paucos

(a) Hæc unicuique, vel mediocriter computandi gnato, patet, si computum a die electionis Urbani dedicatur, quod nos servavimus, ut cum cæteris chronologis conveniret. Hæc enim tempus ei dant O. tavus ex Catalogis Criticæ Baronianæ præmissis, Chronicon Polæ Novæ, Codex quidam M. S. Bibliothecæ Ambrosianæ. Res. lect. Script. Tomo III. pag. 477. Amalricus, cæterique omnes. (b) Diserte hoc probat Pagnus in vita Urbani. Clarius exprimit Getvahu in Chronico apud Seldenum loco citato. Obiit... Urbanus XIII. Kalendas Novembris. (c) Libet hic Rogerii Hovedeni verba referre - Urbanus PP. cum audisset quod temporibus suis casus esset Rex Ierusalymitanus, & Crux Dominica, & Civitas sancta Ierusalem doluit vehementer, & incidit in agritudinem, & mortuus est tertio decimo Kalendas Novembris, qui dies ejus sepulture restituendus est, apud Ferrariam. Amalricus autem hæc addit - ibi a viro, & populo honorifice fuit sepultus. (d) De hoc clarius in Gregorio successore.

Datum Veronæ secundo Idus Januarii.

Die die 121 Jan. An. Domini 1185. Post. Anno I.